

Num forte varietas *H. coronopifoliae*? Sed folia semper integerrima, capitula minora, paleolae caducae, minores. —

### 6. PHYLLOPAPPUS n. gen.

Capitulum multiflorum homogamum, floribus hermaphroditis ligulatis. Involucrum uniseriale squamis linearis-lanceolatis, accessoriis ovato-lanceolatis, acuminatis plurimis. Receptaculum hemisphaericum alveolare nudum. Achaenia cylindracea, angulata, profunde sulcata glaberrima, erostria. Pappus pluriserialis paleaceus, paleis scariosis uninerviis lanceolatis, in aristam longam, plumoso-serratam productis. —

Herba *Novae Hollandiae*, ut videtur annua, foliis radiocalibus, scapo fistuloso monocephalo. —

Genus Cichoracearum, prope *Oporiniam* Don aptissime collocandum.

### PHYLLOPAPPUS LANCEOLATUS n. sp.

Rhizoma breve, perpendiculare, crassum hypogaeum; folia omnia radicalia lanceolata, basin versus longissime attenuata, integerrima vel hinc inde denticulata, univervia, herbacea, glabra, 3—8 pollices longa, 2—6 lineas lata, apicem versus acuminata. Capitulum in scapo fistuloso terminale solitarium, multiflorum. Involucrum uniseriale, squamae circiter 12, lanceolato-lineares, acutae, glabrae, uninnerves, 7 lineas longae, 1—1½ lineas latae, squamae accessoriae lanceolatae, ovatae, acuminatae, duplo triplo breviores plurimae. Receptaculum, — saltem in capitulis defloratis — hemisphaericum, alveolare, alveolis quinquangularibus, margine ciliato-fimbriatis. Flosculi, eorumque organa prorsus ignota sunt, quum capitulum florigerum exsiccatione incauta nimis compressum coquendo aperiri non potuerit. Achaenium cylindraceum erostre, basi angustatum, 4 lineas longum, plurisulcatum, minutissime papillosum,

ceterum glaberrimum. Pappus irregulariter pluriserialis, paleaceus, paleolis lanceolatis, scariosis glabris, in aristam longam plumoso-serratam productis. Pappi paleae cum aristis 5—7 lineas longae fere lineam latae.

In *Nova Hollandia* legit *Lhotsky*.

### 7. PINAROPAPPUS SCAPIGER n. sp.

Planta herbacea acaulis, foliis omnibus radicalibus lanceolatis, attenuatis, runcinato-dentatis, glaucis; scapis monocephalis aphyllis, involueri squamis 5-serialibus linearibus obtusis apice scariosis, pappo sordido piliformi scabro.

Herba ut videtur annua, glabra, acaulis, scapigera; folia omnia radicalia lanceolata, basi attenuata, vaginantia, runcinato-dentata, glaucescentia, usque bipollicaria, 6—8 lineas lata. Scapus aphyllus vel ima basi foliosus, hinc inde squamosus, semipedalis, glaucus, monocephalus. Involueri ovoidei squamae quinqueserialis, lineares obtusae, apice scariosae, dorso pruinosa, intimae acuminatae longiores. Flores homogami lutei ligulati, apice 5-dentati. Receptaculum paleaceum, paleis lanceolatis, longe cuspidatis, membranaceis, florum fere longitudine. Achaenia oblonga glabra, rostro longo superata, a palea omnino involuta. Pappus pluriserialis, setosus, scaber, sordide flavescens. —

In *Mexico* legit *Karwinsky*. —

### 8. VERNONIA CHILIANTHA n. sp.

Suffruticosa, ramis teretibus tomentosis, foliis petiolatis, late ovatis, utrinque acuminatis, integerrimis, membranaceis, utraque pagina brevissime hispidis, nitidis, paniculae amplissimae ramis aphyllis, elongatis, scorpioideis, capitulis 12-floris, involueri squamis exterioribus lanceolatis acuminatis, interioribus obtusis mucronatis, achaeniis turbinatis, villosissimis.